



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

[vi].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

cadens in lapidem, aliter cadens in lignum vel terrā. Nec obstat, quod hic motus resilientiae corpori gravi sit violētus, adeoq; esse nō possit ab ejus gravitate; nā est à gravitate tanquā à principio inadæquato & per accidens, non verò per se, seu intendente istam resilientiam.

VI. Tarditas & velocitas motus bene explicatur per ordinem ad idem tempus & spatium, ita, ut ille motus dicatur velocior, qui intra idem tempus decurrit plures partes spatii; ille tardior, qui intra idem tempus decurrit pauciores partes spatii. Velocitas motus naturalis in fine major inde est, quod impetus illius producatur à gravitate, quod principium manet, & augetur ab aëre incubente fortius. Tarditas motus violēti in fine major est, quia gravitas & aér obsistēs magis illum paulatim debilitat. Velocitas verò motus violēti in medio major, quam in initio (ut patet in globis tormentariis fortius quotientibus mænia, si passibus aliquot ab iis distent tormenta, quam si omnino iis sint vicina) verisimilius inde est, quod parti post partē imprimatur impulsus, ita, ut paulatim omnes partes habeant impressum impulsū intēsiorem, quem omnes statim sub initium non habebant; & dicitur

i 2.

hic

hic impulsus imprimi partibus remotioribus  
ab impulsu impresso vicinioribus , & post  
quām impressus est omnibus, paulatim debi-  
litatur ab obſtante aere & gravitate depri-  
mente. Demum quod gravia etiam ſurlum  
moveantur velocius , quām levia , ex eo eſt  
quod densiora ſint, pluresq; habeant partes,  
adeoq; concipient maiorem impetum.

## DISSERTATIO XIV.

### *De Infinito & Continuo.*

I. **I**Nfinitum , quod quod ad rem eſt quid  
positivum, utpote dices rem non habe-  
re negationem ulterioris eſſe, seu finem, bene-  
definitur: cuius secundum quantitatem acci-  
pientibus ſemper eſt aliquid ultra accipere; id  
eſt, cuius tanta eſt amplitudo, ut quascunq; e-  
ius partes acceperis, seu mēte ſuccellvē de-  
signaveris , ſemper aliæ reſtent accipienda.  
Aliud eſt infinitum secundum eſſentiam seu  
ſimpliciter & in omni genere perfectionis,  
quod caret termino intrinſeco ( qui eſt ultimū  
rei , in quo res veluti ultimō ſiſtit ) &  
extrinſeco ( qui eſt primum illud , quod rei  
contiguum eſt, aut quod primō excedit rem  
perfectione) ſive quod habet omnem perfe-  
ctionem